

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Misericordia ah
cum fonte primo

Misericordie

uirtus

tanta est ut sine illa cetere, eciam si
sint, prodesse non possint. Quamuis
enim quis fidelis sit et cautus et sobrius
et aliis maioribus ornatus insignibus,
si misericors tamen non est,
misericordiam non meretur.

Leo papa in sermone de apparitione.

Perdunt enim illos redditus quos possent
habere perpetuos, et dum breui nec
semper libero incubant usui, nullo
iustitiae cibo, nulla misericordiae
suauitate pascuntur; foris splendidii, intus
obscuri; abundantes temporalium, inopes
aeternorum; quia ipsi animas suas fame
afficiunt et nuditate dehonstant, qui de
his quae terrenis horreis commendarunt,
nihil thesauris caelestibus intulerunt. Sed
forte sint aliqui diuitum qui, licet nullis
largitionibus pauperes Ecclesiae soleant
adiuuare, alia tamen Dei mandata
custodiunt, et inter diuersa fidei et
probitatis merita ueniabiliter sibi
aestimant unam deesse uirtutem.

Verum haec
tanta est, ut sine illa ceterae, etiam si
sint, prodesse non possint. Quamuis
enim quis fidelis sit, et castus, et sobrius,
et aliis moribus ornatus insignibus,
si misericors tamen non est,
misericordiam non meretur.

Leo Magnus, *Tractatus septem et*
nonaginta, 10 (CCSL 138, A. Chavasse
ed., p.41, ll.36-50).